



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

2 Gonsaldus tenuit sua quæ dimiserat æger.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

nafterio, vel quocunque commercio a vendere i. Quod si factum fuerit, non valebit, sed ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

In capitularibus sic habetur. Nemini Regum, aut cuiquam hominum liceat monasterium tradere, vel commutare, vel quocunque commercio vendere.

Vendere In locis indicatis haec sequuntur. Hoc etiam divina, & Apostolica, atque canonica sub anathematis poena sanxit auctoritas.

C. XL. Episcopi & fratrum consilio monasterium ad meliorandum alii supponere nullo modo prohibeatur.

Item ex decreto Bonifacii.

Si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio Episcopi & fratrum suorum: & dimittat Presbyterum in priori loco ad ministeria ecclesiarum.

C. XLII. Publica penitentia subijciantur, qui circumveniendo aliquos tondere presument.

Item ex concilio Moguntinensi.

Constituit sane sacer iste conventus, ut Episcopi, sive Abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumveniendo tonderent, & res eorum tali persuasione surripuerunt, penitentia canonice, utpote turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi vero qui illecti comam deposuerunt, in eo quod ceperunt, perseverare cogantur: res vero eorum haeredibus reddantur.

Capit hoc a Burchardo etiam & Ivone recitatur ex Moguntino, & multo plenius, eodemque plane modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. c. 7.

C. XLIII. Sine voluntate fratrum aliquem de suo propinquis Abbas sibi substituere non valet.

Item ex concilio f. Toletano.

Congregatio debet sibi eligere Abbatem post Abbatem sui mortem, vel eo vivente, si ipsi discesserit vel peccaverit. Episcopus enim non debet Abbatem violenter retinere in loco suo. Ipse autem non potest alium ordinare de suis propinquis vel amicis sine voluntate fratrum.

CAUSA XVII.



Vidam Presbyter infirmitate gravatus fieri velle monachum dixit: ecclesiam & beneficium in manu advocati renunciavit. Postquam convalescit, mox se futurum monachum negavit, & ecclesiam & beneficium reposuit.

- 1. Hic primum queritur, utrum reus voti tenetur, an liceat ei a proposito suo cordis discedere.
2. Secundo, an ecclesia & beneficium ei reddenda sint, qua prius libera voluntate reseravit.
3. Tertio, si contraxisset eum se & sua monasterio tradidisset, an licentia Abbatis liceret ei ad propria h. redire.
4. Quarto, si sine licentia Abbatis retraherit, an sua sibi ab Abbate reddenda sint.

QUESTIO I.

Quod a voto discedere non liceat, multo auctoribus probatur. At enim Propheta: i. [Vovete, & reddite Domino Deo vestro.]

a al. commento. b al. commodo. c Polyb. 23. tit. 12. Burch. l. 9. c. 26. Ivo p. 3. c. 31. d In Cabilon. 2. c. 7. 20. q. 3. constituit. e Burch. l. 8. c. 93. Ivo p. 3. c. 111. f al. ex eodem. g Moguntino. h Burch. l. 8. c. 86. Ivo p. 7. c. 104. h al. priora. i Psal. 71.

C. I. Quae Deo voverunt, necessario reddantur. Item Augustinus.

Sunt quaedam, quae etiam non voverentes debemus: quaedam etiam, quae nisi voverimus, non debemus: sed postquam ea Deo promittimus, necessario reddere constringimur.

Huius capituli ipsa omnino verba non sunt inventa apud Augustinum, sed ferè eadem habentur apud Castodorum in Psal. ad vers. vovete, quem citat glossa ordinaria ad eum locum.

C. II. De eodem.

Item Hieronymus a.

Voverentibus b virginitatem non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est.

C. III. Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit a voto resistent.

Item Gregorius in regestis lib. 1. epist. 33. ad Venantium.

Nanias & pecunias Deo voverat, quas post diaboli victus persuasionem subtraxit. Sed qua morte multatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abstulit, considera quanto periculo in divino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed a temetipsum, Deo omnipotenti (cui te subonachali habitu devoveras) subtraxisti.

C. IV. Ante Dei oculos cadunt, qui bona, quae concipiunt, agere recusant.

Idem super Ezechielem, lib. 1. homil. 1.

Qui bona agunt, si meliora agere delibitant, & post deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perseverent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex deliberatione. Item paulo superius. Sunt qui cuncta relinquere, & Dei servitio se subdere, & frano caliditate se restringere delibitant: sed cum post caliditatem atios cecidisse concipiunt, se retrahendo, meritum perdunt.

Si ergo post votum quisque necessario cogitur sibi, quod voverit, si voveritibus non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est: patet, quod sacerdos iste ad executionem sui voti cogendus est: & non solum non fieri, sed etiam velle monachum non fieri, sibi damnabile est. Quod vero inter voverentes iste computandus sit, patet ex verbis Augustini e, dicentes: [Dixi confitebor, &c.] Magna pietas Dei est, ut ad solam promissionem peccata dimittat. [Non enim pro opere reputatur.] Sicut ergo Propheta inter voverentes reputatur, quia dixit, Ego confitebor; sic iste inter eosdem computandus est, quia dixit, fiam monachus. Huic ita responderet. Aliud est propositum corde concipere, & etiam ore enuntiare, aliud est subiugandi obligatione se reum voti facere. Quia 1. ergo iste propositum suum ore simpliciter enuntiauit, non autem monasterium, aut Abbatem tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus consideratur.

Quia ergo In plerisque vetustis exemplaribus haec est ratio questionis secunda.

QUESTIO II.

C. I. Non cogitur aliquis in monasterium manere, nisi professionem fecerit in manu Abbatis.

Unde Alexander Papa secundus ait.

Gonsaldus f. Presbyter quondam in infirmitate fervore passionis pressus, monachum se Deo promissit: non tamen monasterio, aut Abbati

a Aug. de bono viduitatis, cap. 9. & glossa ord. ad c. 21. Item b sup. dist. 27. voverentibus, inf. 27. quest. 1. nuptiarum. Secundo dist. 27. c. Al. 3. d. Sensus summarius reddidit. c Burch. 4. dist. 16. Ang. Castodorum, & glossa ordin. in Psal. 31. infra de penitentia, dist. 1. cap. 5. f Ivo p. 8. cap. 426. & cap. 501. Pagan. lib. 3. cap. 183. se usq.

ferredidit, nec promissionem scripsit: sed beneficium ecclesie in manu advocati refutavit. At postquam convuluit, mox se monachum negavit fieri. Quapropter quia & beati Benedicti regula, & præcipue Patris & prædecessoris nostri sancti Gregorii Papæ canonica institutio, interdictum monachum ante unius anni probationem effici, iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, ut præfatus Presbyter beneficia 1 & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

¶ Beneficia] In vestigiis exemplaribus, & apud Ivozem (apud quem caput hoc copiosius habetur) legitur, beneficium: sed in glossam non est mutatum.

C. II. ¶ Uxor post propositum continentia dura dimitti non debet.

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epistola 70.

Nos a nobis, nos testes sumus, quod omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita vivere, in qua servi Dei monachi vivunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, navigasti, uxoremque duxisti. Si conjugem non haberes, dicerem tibi, quod & Tubanus diximus, ut sanctitate continentia viveres: sed ut ad istam vitam non exhorter, impedimento conjunxisti, sine cuius consensione continenter tibi non licet vivere, quia & si tu post illa tua verba Tubanus ducere non debebas, illa tamen nihil eorum sciens innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

¶ Constituitur hoc caput ex verbis B. Augustini epist. 70. sed in epistolam redactum. Ivo autem integrè refert.

Exe illa uxor concepti se monachum fieri, & ore pronunciauit se veli in otium sanctum conferre, non tamen postea coactus est suscipere quod ore concepti, & ore pronunciauit. Auctoritas illa Alexandri facta in synodo B. Gregorii, & beati Benedicti, probandis auctoribus, sed non: ignota verò triennium conceditur.

C. III. ¶ Ante probationem triennium nullus in monasterio suscipiatur.

Unde ex decreto Bonifacii.

Si quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non præstetur. Et si intra tres annos, aut servus, aut libertus 2 colonus 3 queratur a Domino suo, reddatur ei cum omnibus que emulit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium non fuerit requisitus, postea querari non potest, nisi sit tam longe, quod inveniri non possit. Sed 3 tantum ea, quæ in monasterium adduxerit, Dominus servi accipiat.

¶ Caput hoc etiam in Pamormia citatur ex Bonifacio. A Theobaldo autem & Ivone, & in plerisque vestigiis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Teletano. Sed in nullo eorum, quæ in vestigiis, aut manuscriptis habentur, inventum est, eadem tamen sunt in capitulis, & apud Iulianum antecessorem novella 12. cap. 22.

¶ Libertus] Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex bono indicio, quam ledionem habuit etiam antior glossa. Antiquior liber.

¶ Sed tantum] Hæc addita sunt ex loci indicio.

QUÆSTIO III.

Quod autem queritur, an post traditionem sit ei sua cum licentia Abbatis ad propria d. redire, facile monstratur non posse fieri. Ipsi enim redire crispianam est. Qui autem manserit facinori desinat obviare, eam potest, confentit. Hic autem non solum non obviat, sed etiam permittens, fautor existit. Non ergo licet Abbati dare licentiam alicui redire absenti: nec

a Ivo p. 7. cap. 7. & 10. & part. 1. c. 16. b. Novell. 5. cap. 2. & apud Iulianum antecess. novell. 12. cap. 52. Cap. 15. v. 227. Burch. lib. 2. cap. 10. p. 27. c. 45. Pam. lib. 3. cap. 16. c. al. vel coloniam d. al. priora.

illi licet usque retrosum abire, quia ex quo semel se Abbati subiecit absque eius permissione nihil agere potest.

QUÆSTIO IV.

¶ Sicut sine licentia Abbatis de monasterio discesserit, quaritur, utrum sua sint ei reddenda, an non. Sed possessiones, & res ecclesie traditas quolibet modo alienare nec Abbati, nec alicui licet.

C. I. ¶ Honore privetur, qui de jure ecclesie aliquid alienare presumpsit.

Unde Symmachus Papa [possessiones a, quas uniusquisque, &c.] & iterum in synodo Romanana 3. c. 6.

Quicumque b Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum oblitus Dei, & decreti hujus immemor 1 in constitutum præfens committens, prædium 2 ecclesie magnum vel exiguum, vel quidquam de jure ecclesie alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione mulsetur.

¶ Immemor] In concilio ipso sequitur, cujus Romanæ civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devincti. Nam, ut supra 12. q. 2. non liceat, distum est, in ea synodo Romana tantum ecclesia legem Symmachus prescripsit.

¶ Prædium] Hoc loco omisi verba sexti capituli, eorum loco referuntur hæc ex titulo ejusdem concilii: omnino, caput hoc est verbum illius synodi suo modo collector aptavit.

C. II. P A L E A.

[Item Gregorius Anthemo Subdiacono, lib. 11. epist. 21.

Ratio e nulla permittit, ut propriis cujusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

C. III. ¶ Qui revocandum putat, quod ecclesia contulit, sacrilegium committit.

Item Ambrosius lib. 2. de penitentia, c. 9.

¶ Vnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi ecclesie contulerunt, postea revocandas putaverunt. Quibus nec prima marces rata est, nec secunda, quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Sunt, quos penitenter opes suas divisisse pauperibus. Sic eos 1 qui penitentiam agunt, hoc solum timere oportet, ne ipsius penitentiam agant penitentiam.

¶ Sic eos] In originali legitur. Sed eos qui penitentiam agunt, hoc solum penitere non debet, nec ipsius, &c. Sed ob glossam non est emendatum.

C. IV. ¶ Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit.

Item Gregorius Sabino Subdiacono, lib. 8. epist. 6.

¶ Sacrilegium d. & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis reliquit, præva voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere.

C. V. ¶ Sacrilegi iudicantur, qui ecclesie facultates alienant.

Item Lucius Episcopus ad Gallia & Hispania Episcopos, & epistolæ. cap. 6.

¶ Omnes e ecclesie raptores, atque suarum facultatum alienatores a liminibus sanctæ matris ecclesie anathematizamus, Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus:

a Supr. 16. quæstion. 1. possessiones. b Anselm. lib. 4. cap. 30. Polyc. lib. 6. tit. 15. c Exer. de prebendu. cap. ratio. Ansel. 15. cap. 38. Polycarp. 13. tit. 12. d Ansel. lib. 12. cap. 4. Polyc. lib. 1. tit. 12. e Anselm. 1. 2. cap. 4. Burch. lib. 11. cap. 19. Ivo part. 2. c. 140. & p. 14. c. 89.